Secundæ literæ tenor talis est.

Nos Johannes Dei gratia Bohemorum Rex ac Lucemburgen. Comes. Notum facimus tenore pñtium universis decet excellentiam principis suorum fidelium invigilare Comoditatibus ne per decursum temporis singula ab hominum memoria de ducentis in suis Juribus et libertatibus quomodo libet defraudentur, Cum itaq; fidelis nostri dilecti homagiales seu fendales districtus Gorlicens: Summâ promptitudine nostris beneplacitis, Conformare Studeant servitijs indefessis ipsorum benevolentiæ, de munificentiâ regiâ prout dignum determinius duximus occurrendum, colentes et statuentes decreto perpetuo, ut ipsi et quilibet eorum omnibus Juribus gratijs et libertatibus, Ipsis per illustres principes Marchiones Brandenburgen & nos iuxta ipsarum et nostrarum literarum Continentiam, datis et concessis potiri debeant perpetuo & gaudere et eisdem Juribus libertatibus inmunitatibus bona